



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Qvæstio LVII. De Angelorum cognitione respectu rerum materialium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

intelligatur quidditativa, neganda est major: si vero eidens quoad prædicata, quæ de Deo cognoscunt, nempe quod sit infinitus, sapientissimus, &c. non attingendo eum, ut est in se, concessa maiori neganda est minor: per creaturas namque, quæ Dei sunt effectus, à diuina perfectione infinitè deficientes, cognoscunt illa omnia de Deo euidenter, non solum ab Angelis, sed etiam a nobis.

Ad tertium.

Ad tertium data maiori, ad minorem negari in primis debet hominem in statu naturæ lapidem non habere cognitionem in particulari de suo ultimo fine naturali, Deo optimo maximo: licet enim de eo non habeat cognitionem quidditativam, habet tamen cognitionem in particulari, quam per ea quæ facta sunt adipiscitur, qualem profectò habuerunt Philosophi naturales, iuxta illud Pauli ad Rom. 1. *Inuisibilia Dei, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspicuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas.* Deinde si nomine, *notitia distincta*, intelligatur quidditativa, neganda est minor, & consequentia: si vero intelligatur euidentis, iuxta sensum paulò ante explicatum, concessa minori, & consequentia, neganda est minor vterius subsumpta, eam nempe notitiam haberi non posse, nisi per speciem: tam enim à nobis, quam ab Angelis, haberi potest per ea quæ facta sunt, ut paulò ante dictum est.

Ad quartum.

Ad quartum si sit sermo de diuina potentia, concessa antecedente, negetur consequentia. Neque enim quicquid Deus per suam omnipotentem virutem potest supernaturaliter facere, quod ad ordinem gratiæ & ad beatitudinem supernaturalem non pertinet, tribuendum est Angelis.

Ad quintum.

Ad quintum concedatur antecedens, & negetur consequentia. Ratio est, quia substantia unius Angelis non est effectus substantie alterius: est vero effectus proprii Dei: per effectum autem proprium causæ prædicta illi propria possumus cognoscere, in quibus ab effectu distinguuntur.

QVÆSTIO LVII.

De Angelorum cognitione respectu rerum materialium.

ARTICVLVS I.

Vtrum Angeli cognoscant res materiales.

CONCLVSIONO affirmat, &c. est communis. D. Thomas arbitratur res materiales ab Angelis cognosci per species infinitas. Scotus vero per acquisitas iuxta modum quæst. 55. artic. 2. explicatum.

ARTICVLVS II.

Vtrum Angelus cognoscat singularia.

Angeli cognoscunt singularia.

CONCLVSIONO affirmat, contrarium que esset error in fide. Probatur, quoniam Angelis in Scripturis sanctis narratur fuisse locuti cum singularibus hominibus de rebus singularibus, ut cum Abraham, Lot, Moyse, utroque Tobia, beata Virgine, &c. Omnesque sunt administratorij spiritus in ministerio missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, ut ad Hebreos primo habetur. Eorumque naturæ & custodiæ traditi sunt homines in particulari, ut ex illo

Artic. j. ii. & iii.

Matthæi 18. *Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est,* constat: hæc autem praestare non possunt, nisi cognoscerent singularia. Adde, quod demones tentant homines, ut ex Scripturis facris est manifestum: id autem efficere non possunt, nisi eos cognoscerent in particulari. Reliquæ quæ hoc loco dici poterant, dicta sunt quæstione 55. articulo secundo.

ARTICVLVS III.

Vtrum Angeli cognoscant futura.

SI prima conclusio. Ea futura, quæ idcirco necessaria sunt, quod à causis necessariis prouenant, ab Angelis certò, & sine illa fallentia cognoscuntur: ut formam oriturum cras, post quod motus cœli non cesseritali, vel tali die futuram eclipsim Luna, aut Solis, &c. Hæc probatur, quoniam Angelii sua scientia naturali penetrant causas omnes naturales: ergo in causis atque ex causis cognoscunt multò melius, quam nos omnes effectus inde necessarii profeccuros.

Conclusio. Effectus futuri, qui pendent à causis quidem, quæ suæ naturæ impediri possunt, sed ad unum sunt determinatae, certò cognosci possunt ab Angelis, quatenus præcisæ ab eis pendent, & quatenus, quod impediantur, pendent à similibus causis agentibus ex necessitate naturæ, determinataeque ad unum: non vero ut pendent à causis indeterminatis ad unum, aut inquantum ab eiusmodi causis possunt impediti. Causas indeterminatas ad unum, seu indifferentes ad plura, diximus quæst. 14. artic. 13. disputat. 12. esse in primis liberum arbitrium, tam diuinum quam angelicum & humanum, & voluntatem puerorum, & amantium, in quibus licet non sit libertas cum ea notitia boni & mali, quæ sit satis ad culpam, est tamen aliqualis libertas. Deinde appetitum sentientium brutorum, in quo quasi vestigium quoddam libertatis ad quosdam actus cernitur. In paucis etiam quibusdam aliis euuenientibus affruimus indeterminatam ad unum, seu indifferantiam ad multa reperi. In reliquis vero causis naturalibus inueniuntur quidem determinationem ad unum, licet magna ex parte sint eius naturæ, ut impediti possint. Si ergo omnes causæ, quæ continentur in hoc vniuerso, effent huius posterioris generis, sicut Angelis certò cognoscere possent effectus omnes futuros, etiam eos, qui à causis, quæ suæ naturæ impediri possent emanarent, siue effectus effent de numero raro contingunt, siue ut plurimum, siue corum, qui æquæ à causis naturalibus euuenire solent, & non euuenire. Ratio est, quia penetratis causis, cognoscerent certò, quæ effent de facto impedienda, & quæ non, & subinde, qui effectus effent de facto futuri, & qui non: quæ causa est, cur dixerimus paulò ante, Angelos certò cognoscere effectus futuros, quatenus pendent ab huiusmodi causis, & quatenus à similibus aliis possunt impediti: non vero quatenus mediata vel immediate pendent à causis indeterminatis ad unum, quales sunt illæ, quæ numerauimus, & quatenus ab eisdem mediata vel immediata impediti possunt. Lege quæ diximus disputatione duodecima citata.

FTertia conclusio. Illos solos effectus futuros Angelis non possunt certò cognoscere, qui proximè vel remotè pendent à libero arbitrio, alisque causis indeterminatis ad unum, ab eisve proximè, vel remoto

motè impediri possunt. Coniecturis tamen, spectata complexione cuiusque harum causarum, si corporeæ sint, spectatisque aliis circumstantiis concurrentibus, conicere possunt Angeli quid probabilius sit euenturum. Hæc posterior pars conclusionis notissima est, præsertim si habeatur ratio, tum acuminis intellectus Angelorum quo naturas rerum optimè penetrant, tum etiam diuturnæ experientia, qua longo tempore quid in similibus euentibus soleat ut plurimum euenire, sunt experti. Ex ea vero & ex precedente conclusione facilè quinvis intelliger, quād multa arte demonum prædicti possint: solum quippe excipimus à certa ipsorum cognitione futura, quād à libero arbitrio, paucisque aliis causis ad unum minimè determinatis, proximè vel remotè pendent, & præcisè quatenus ab eis pendent: & in his adhuc, ex indiciis, circumstantiisque concurrentibus, ob diuturnam experientiam, quam habent, conicere optimè possunt, quid probabilius sit euenturum. Vnde Damascenus 2. lib. fidei Orthodoxæ, cap. 4. *Predicunt, inquit, demones quandoque ea, que longè futura sunt, perspicientes, quandoque vero coniuentes, unde, & plerique mentiuntur: quibus non praeflanta fides, & si sepiusvero (cū diximus) vera proferunt. Sciant autem & Scripturas. Omnis igitur prædicta ab ipsis excogitata est, &c.*

Prior vero pars conclusionis non solum est receperissima, sed etiam est de fide: illa namque sola sunt, quād proprie sunt futura contingentia, utpote quād ab omni fatali necessitate sunt libera, posintque, spectato etiam ordine toto causarum vniuersi, euenire, & non euenire, ut ex dictis quæstione 14. articulo 13. est manifestum: cognoscere autem futura contingentia propria virtute solius est Dei, iuxta illud Isaie 41. *Annunciate que ventura sunt in futurum, & sciens, quia Di⁹ estis vos. Et cap. 49. Ego sum Deus, & non est similis mei, annuncians ab exordio nosissimum, & ab initio, quād nondum facta sunt. Ratione etiam probatur, quoniam eiuniodi contingentia non cognoscuntur ab Angelis esse futura ita ipsiis: eo quod nondum sunt, posintque re ipsa non esse; neque in causis, eo quod cause indifferentes sunt, ut ex eis, vel euenient, vel non eueniant: neque ex rationibus terminorum, eo quod neutrum extreum vendicat sibi alterum, sed indifferentes sunt, ut unum, vel conuenient, vel non conuenient alterius item erit indicare aliud, unde certò ab eis cognoscantur esse futura: ergo non cognoscuntur ab Angelis, sed à solo Deo, qui ob altitudinem ac eminentiam suæ scientiæ, certò illa cognoscit certitudine proueniente, non ex re ipsa cognita, sed ex altitudine & perfectione diuinæ cognitionis, ut quæst. 14. artic. 13. explicatum est.*

ARTICVLVS IV.

*Vtrum Angeli cognoscant cogitationes cordium.**Sensu quoque explicatur.*

Icer, si vim nominis species, nomine cogitationum cordis, ex intellectus cogitationes intelligantur, quād à voluntate imperantur: questio tamē vniuersim excitatur de operationibus tantum voluntatis, præsertim de liberis: quamvis & de mērē naturalibus, idem, quod de liberis, videatur etiam dicendum.

Conveniunt omnes in prima conclusione, quam D. Thomas statuit hoc loco, nempe non solum Angelos, sed & nos, posse per effectus cognoscere cogitationes & affectiones cordium. Aliquando qui-

A dem certò (vt Durandus in 2. dist. 8. q. 5. adnotauit) quando videlicet effectus sunt tales, vt ex eis certò colligantur cogitationes & affectus cordis: si namque Angelus, aut homo conficiat alium hominem nullo alio eum impellente, currere, certò inde coliger & intelligere, cum velle currere. Aliquando vero solum probabiliter, quando scilicet conjectura solum est indicium probable: quo pacto ex vultu, pulsu, aliisque indiciis, intelligitur lape cogitatio, aut effectus cordis. Tantòque plures cogitationes & effectus intelliguntur ab Angelis, quād à nobis, eoque melius & subtilius, quād plures magisque occulti effectus, quād nos, cognoscunt, cum profundiori penetratione, & certiori illatione, per quā melius inferunt & coniiciunt cordium affectus & cogitationes.

Tota controversia est, vtrum Angeli suis viribus naturalibus possint immediatè inrueri cogitationes intellectus nostri, & volitiones nostras, aliorūque Angelorum: non secus ac immediatè possint videare substantiam animæ nostræ, & aliorum Angelorum. Scotus in dist. 9. q. 1. & 2. & in 4. dist. 10. q. 8. ad tertium; Gabriel in 2. dist. 9. q. 2. & in canonem lect. 31. Maior in 2. dist. 9. q. 3. Ochamus & quidam alii, in ea sunt sententiæ vt dicant, Angelos posse quidem suis viribus naturalibus cognoscere cogitationes & volitiones nostras, aliorūque Angelorum: eas tamen de facto non cognoscere, eo quod id ita expediens sit. Ea vero ratione eas non cognoscere, quod Deus subtrahat suum concursum generalem, ne intellectiōem earum eliciant: non secus ac subtrahendo similiiter suum generalem concursum efficit, vi ignis in fornace Babylonica non exureret tres illos pueros, quos aliquoquin suapte natura combusserit: *Quando vero, inquit, unus Angelus suum dirigit conceptum ad alium, aut ad alios, ut cum eis mentaliter loquatur, tunc Deus concurreat cum eo, aut cum eis concursu generali, ut inspiciant, agnoscantque conceptum, qui ad eos per mentalem locutionem dirigitur: et que ratione unus Angelus loquitur cum alio, aut cum aliis, cum quibus vult loqui, ceteris non audientibus.*

Probant hi Doctores suam sententiam. Primo, *probatur* quoniam cogitationes intellectus & volitiones, sunt *objectiones* intelligibiliæ: eo quod ens & intelligibile recurrent: præterea existunt acti, nec minus videntur proportionata intellectui cuiusvis Angelii, quād potentia quibus insunt, tanquam causis à quibus emanant, nempe quād intellectus & voluntas: cum ergo quisvis Angelus intuitu cognoscat intellectum & voluntatem alterius, poterit etiam intellectiones & volitiones, quāe eis potentissimihabent, intuitu agnoscere, nisi Deus suum illis subtrahat concursum vniuersalem.

Secundo, *vtrum Angelus intuitu cognoscit suas intellectiones & volitiones: anima item nostra intuitu cognoscit suas intellectiones & volitiones: sed intellectio vnius Angelii, aut animæ, non minus proportionata sunt intellectui Angelii superioris, quād intellectui eius Angelii, aut animæ, in qua sunt: eo quod in quocumque obiectu potest potentia intellectuæ inferior, possit superior, & quocumque obiectum proportionatum est potentia intellectuæ inferiori, sit etiam superiori: ergo vnuquisque Angelus, si Deus illi non subtrahat concursum suum, poterit optimè intuitu intellectiones & volitiones animæ nostræ, & Angelus superior intellectiones & volitiones Angelii inferioris.*

Tertio, *vel in uno Angelo est species intelligibiliæ, qua aliquando possit intuitu cognoscere intellectiones & volitiones alterius, vel non. Si des hoc secundum*

*Scoti & alio
rum opinio.**Quousque
Angeli esse
objectiones
cognitiones
cordium.*

secundum: ergo ne inquam poterit eas intuitu cognoscere, ac proinde non poterit esse inter eos mutua intellectualis locutio: quandoquidem intellectualis auditio, ad quam intellectualis locutio ordinatur, & quam requirit, nihil aliud est, quam intuitus & perceptio conceptus seu cognitionis, quam Angelus, qui mente loquitur, dirigit ad eum, qui mente etiam audit. Si vero des primum: ergo statim ac intellectio, aut volitio fuerit in alio, intuebitur eam Angelus per speciem, quam in se habet: non secus ac per species aliarum rerum intuetur res alias statim ac illæ sunt in rerum natura. Nec videtur satisfacere, quod D. Thomas, secretor, que illius dicunt, nempe intellectus cogitationes ac volunties, quæ libero arbitrio subiacent, esse suapte natura occultas, quoisque cogitant, aut volens per suam liberam voluntatem eas alteri manifestet. Hoc, inquam, non videtur satisfacere. Tum quia non videatur, quid efficiendo, quâve ratione voluntas cogitantis aut volentis eas in ipsius manifestet, si luapte natura sunt occulte. Præsentim, cum obiectum, postquam actu existit, non liberè, sed naturaliter concurrat ex parte sua cum potentia cognoscendi, ut percipiatur. Vnde sicut in potestate voluntatis non est, ut ignis, in competenti distantiâ ad calcacendum constitutus, non calefaciat: ita in potestate volentis, aut cogitantis non est, ut volitio aut cogitatio ipsius, postquam actu existit, vel percipiatur, vel non percipiatur ab alieno intellectu: ut item percipiatur ab uno intellectu, & non ab aliis, ut D. Thomas, secretor, que illius volunt. Tum vel maximè, quoniam sicut cogitationes intellectus libero subiacent arbitrio, ab eoque imperantur, sic etiâ eidem subiacent, ab eoque imperantur actus externi, ut ambulatio: actum vero externum subiacere libero arbitrio, non tollit quin ab Angelo, eo ipso quod actu existit, percipiatur: quare neque tolleret, quominus intellectus cogitationes similiter cognoscantur. Neque refert has esse spirituales, illos vero corporeos: quippe cum Angeli substantias spirituales, potentias item spirituales in eis existentes percipient. Præterea motus locales Angelorum res spirituales sunt, libero Angelorum arbitrio subiacentes, ut quæst. 53. ostendimus: & tamen ab aliis Angelis, eo ipso quod in rerum natura sunt, percipiuntur. Addit, liberratem eximere quidem actum liberum à coactione ac necessitate naturæ, ut presulcatur: non vero ut cognoscatur eo ipso, quod est in rerum natura: quippe cum libertas coactione ac necessitate naturæ, comparatione cause, à qua producitur, opponatur: non vero cognitioni.

2. Censetur.
Angeli non cognoscunt cogitationes & affectiones, neque aliorum Angelorum, nee hominum.
Prima, Angelii de facto, neque cordis cogitationes & affectiones, neque aliorum Angelorum intelligent. Hoc est communis, & contrarium pugnat aperte cum Scriptura sacra. Probatur ex illo 2. Paralip. 6. & 3. Reg. 8. *Tu solus nosti corda filiorum hominum.* Hierem. 17. *Prae sum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illum?* Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, qui do unicum iuxta viam suam. Iob 6. *Ecce in caelo testis mens, & consciens meus in excelsum.* Sapient. 1. *Remum testis est Deus, & cordis scrutator est verus.* Actor. 1. *Tu Domine, qui corda nostri omnium.* Ad Hebr. 4. *Discrētor est cogitationum, & intentionum cordis.* 1. ad Corinth. 14. *Si omnes prophētent, intrer autem quis infidelis, vel idiota, conuincentur ab omnibus, diuidatur ab omnibus; occulta enim cordis eius manifesta sunt:* & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuncians, quod vere Deus in nobis sit. Vbi manifestè docet Paulus, reuelationem secretorum

A cordis à solo Deo, qui solus propria virtute corda hominum novit, eueniens posse. Vnde de Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 80. rectè dicitur: *Internas cogitationes diabolum non videre, certi sumus, sed mox eas corporis ab illo, & affectionum indicia colligi experimento didicimus.* Secreta cordis illa sola non sit, ad quem dicitur: *Tu solus nosti corda filiorum hominum.* Hæc ibi. Meritò etiam ex eisdem testimoniosis colligunt sancti Patres, cognoscere cogitationes cordis esse indicium manifestu diuinitatis, indéqué Christum satis le esse verum Deum, ut ipse afficeret, gratias & spiceret, & manifestaret. Ita Chrysostomus homil. 30. in Matth. Hieronymus in illud Matth. *Sciens genitivum*

B *Iesus cogitationes eorum.* Ambrof. 5. lib. in Luc. *affectorum*

cap. 2. & in illud 1. ad Corinth. 2. *Quis hominem sicut sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?* Ita & que Dei sunt, nemo cognoscit nisi Spiritus Dei. Et in oratione de obitu Theodosij. Cyrillus lib. 2. in Ioannis Euangelium, cap. 37. Beda lib. 2. in Luc. cap. 17. & Origenes, aut quicunque aliud eius operis autor, in illud Iob 1. *Circui terram.* Cauenda est ergo Durandi opinio in dist. 8.q.3, alferentis, defendi posse, Angelos cognoscere cogitationes cordis præsentes, non tamen futuras: atque hoc solum esse Dei proprium, quod non solum præsentes, sed etiam præteritas, futuras, & possibiles cognoscit.

C Secunda conclusio. Confortantius Scripturis sanctis, atque adeò probabilibus multò existimo, Angelos suis viribus naturalibus cognoscere non posse cogitationes, & affectiones cordis. Hæc est D. Thomas, & Caietani hoc loco, D. Bonaventurae in dist. 8. quæst. vltima. Richardi ibidem artic. 1.q.4. Gregorij dist. 9. q. 1. Capreoli dist. 8.q.1. & compliū aliorum. Probarique potest primò, quoniam vt ostensum est, communis vox Ecclesiæ & Sanctorum dicit, solum Deum esse scrutatorem cordium, quam ex testimoniosis citatis colliguntur autem Angelii suapte natura essent etiam scrutatores cordium, idèoque solum illa de facto non scrutantur, quod Deus suum concursum generalem supernaturaliter illis subtraheret, utique non solum Deus sic absolute, ut à Sanctis & Scripturis dicitur, esset appellandus cordium scrutator.

D Secundo, Sancti viri ex eo quod Christus Matth. 9. Luc. 5. & alijs sèpè cognoverit & aperuerit hominum cogitationes, colligunt ipsiis diuinitatem: posseque colligi innuit satis aperte Paulus testimonio illo 1. ad Corinth. 1. citato: si autem demones suapte natura eas etiam possent cognoscere, sanè non rectè inde colligeretur: ergo Angelii suapte natura cognoscere nequeunt cogitationes cordium. Tertiò, nulla species priuatur ut plurimum à Deo optimo maximo operatione sibi naturali: elo ratiō per miraculum destitutur aliquando, ut ignis olim in fornace Babylonica ne exureret tres illos pueros. Vnde Augustinus 7. de ciuitate Dei, cap. 3. Sic, inquit, Deus administrat omnia qua creavit, ut etiam ipsa propriis exercere, & agere motus sinat. Et lib. 5. contra Iulianum: Neque Deus, inquit, ita naturas crevit, ut leges auferat, quas dedit mortibus cuiusque naturæ: ergo cognoscere cogitationes & affectiones cordium, non est Angelis naturalis, sed supernaturale: alioquin Deus non solum speciem infinitam, sed genus etiam integrum Angelorum de facto priuaret operatione sibi naturaliter debita. Quartò, non solum demones de facto ignorant cogitationes, & affectiones cordis nostri, sed etiam Angelii boni illas non dicerent. Paralip. 6. Solum Deum cognoscere corda filiorum hominum: fed licet reddi posset ratio, quare Deus da-

Selv. De
affectorum
spiritus hominis qui in ipso est?
Ita & que Dei sunt, nemo cognoscit nisi Spiritus Dei.
Et in oratione de obitu Theodosij. Cyrillus lib. 2.
in Ioannis Euangelium, cap. 37. Beda lib. 2. in Luc.
cap. 17. & Origenes, aut quicunque aliud eius operis
autoris autor, in illud Iob 1. Circui terram. Cauenda
est ergo Durandi opinio in dist. 8.q.3, alferentis, defendi
posse, Angelos cognoscere cogitationes cordis
præsentes, non tamen futuras: atque hoc solum esse
Dei proprium, quod non solum præsentes, sed etiam
præteritas, futuras, & possibiles cognoscit.

Opinio de
ratiō
spiritus hominis qui in ipso est?
Ita & que Dei sunt, nemo cognoscit nisi Spiritus Dei.
Et in oratione de obitu Theodosij. Cyrillus lib. 2.
in Ioannis Euangelium, cap. 37. Beda lib. 2. in Luc.
cap. 17. & Origenes, aut quicunque aliud eius operis
autoris autor, in illud Iob 1. Circui terram. Cauenda
est ergo Durandi opinio in dist. 8.q.3, alferentis, defendi
posse, Angelos cognoscere cogitationes cordis
præsentes, non tamen futuras: atque hoc solum esse
Dei proprium, quod non solum præsentes, sed etiam
præteritas, futuras, & possibiles cognoscit.

Secunda conclusio. Confortantius Scripturis sanctis, atque adeò probabilibus multò existimo, Angelos suis viribus naturalibus cognoscere non posse cogitationes, & affectiones cordis. Hæc est D. Thomas, & Caietani hoc loco, D. Bonaventurae in dist. 8. quæst. vltima. Richardi ibidem artic. 1.q.4. Gregorij dist. 9. q. 1. Capreoli dist. 8.q.1. & compliū aliorum. Probarique potest primò, quoniam vt ostensum est, communis vox Ecclesiæ & Sanctorum dicit, solum Deum esse scrutatorem cordium, quam ex testimoniosis citatis colliguntur autem Angelii suapte natura essent etiam scrutatores cordium, idèoque solum illa de facto non scrutantur, quod Deus suum concursum generalem supernaturaliter illis subtraheret, utique non solum Deus sic absolute, ut à Sanctis & Scripturis dicitur, esset appellandus cordium scrutator.

Secundo, Sancti viri ex eo quod Christus Matth. 9. Luc. 5. & alijs sèpè cognoverit & aperuerit hominum cogitationes, colligunt ipsiis diuinitatem: posseque colligi innuit satis aperte Paulus testimonio illo 1. ad Corinth. 1. citato: si autem demones suapte natura eas etiam possent cognoscere, sanè non rectè inde colligeretur: ergo Angelii suapte natura cognoscere nequeunt cogitationes cordium. Tertiò, nulla species priuatur ut plurimum à Deo optimo maximo operatione sibi naturali: elo ratiō per miraculum destitutur aliquando, ut ignis olim in fornace Babylonica ne exureret tres illos pueros. Vnde Augustinus 7. de ciuitate Dei, cap. 3. Sic, inquit, Deus administrat omnia qua creavit, ut etiam ipsa propriis exercere, & agere motus sinat. Et lib. 5. contra Iulianum: Neque Deus, inquit, ita naturas crevit, ut leges auferat, quas dedit mortibus cuiusque naturæ: ergo cognoscere cogitationes & affectiones cordium, non est Angelis naturalis, sed supernaturale: alioquin Deus non solum speciem infinitam, sed genus etiam integrum Angelorum de facto priuaret operatione sibi naturaliter debita. Quartò, non solum demones de facto ignorant cogitationes, & affectiones cordis nostri, sed etiam Angelii boni illas non dicerent. Paralip. 6. Solum Deum cognoscere corda filiorum hominum: fed licet reddi posset ratio, quare Deus da-

2. Compliū
Atque in
vicius o
gutten o
gutten o
da rego
tate.

2. Compliū
Atque in
vicius o
gutten o
gutten o
da rego
tate.

2. Compliū
Atque in
vicius o
gutten o
gutten o
da rego
tate.

2. Compliū
Atque in
vicius o
gutten o
gutten o
da rego
tate.

2. Compliū
Atque in
vicius o
gutten o
gutten o
da rego
tate.

2. Compliū
Atque in
vicius o
gutten o
gutten o
da rego
tate.

2. Compliū
Atque in
vicius o
gutten o
gutten o
da rego
tate.

2. Compliū
Atque in
vicius o
gutten o
gutten o
da rego
tate.

2. Compliū
Atque in
vicius o
gutten o
gutten o
da rego
tate.

2. Compliū
Atque in
vicius o
gutten o
gutten o
da rego
tate.

monibus degenet cognitionem cogitationum, & affectuum cordis nostri, ipsis alioquin naturalem, ne scilicet vehementius & grauius nobis insidientur, si noverint statu conscientiae nostra: nulla tam redi potest rationabilis ratio, cur eamde Angelis, sanctis degenet. Cum ergo Deus, nec suu concursum universale subtrahat, nec carteras naturales leges infringere soleat, nisi rationabilissima maxima aliqua de causa: efficitur profecto, ut naturale Angelis non sit cognitiones & affectus cordis nostri cognoscere.

Fateor, iuxta Scoti & aliorum opinionem, multo facilius & melius posse explicari quo modo Angeli inter se mente loquuntur, quam iuxta hanc nostram, de qua re inferius suo loco est dicendum. Fato item iuxta hanc nostram opinionem, esse difficile rationem reddere, quare potius cogitationes & affectiones cordis suae natura Angelos lateant, quam ea substantiae & potentiae spirituales, quibus insunt: artamen propter rationes, quibus secundam conclusionem confirmavimus, & quod consonans id sit Scripturis sacris, adhærum potius乎 opinioni, quam sequimur. Neque mirum alicui videri debet, si in rebus adeò à sensibus & experientia nostra semotis, nostram aliquando profiteamur ignorantiam, aut non tam exactas, quam in aliis rebus, rationes afferamus. Ut enim Aristoteles i. Ethicorum, cap. 3. prudenter docuit, eruditus est, etenim exaltam in unoquoque genere explicationem requirere, quatenus pati rei ipsius natura potest.

Iuxta opinionem ergo D. Thomæ, afferentis Angelos non accipere species à rebus, sed eos per species infusas intelligere, non alia mihi commodior occurrit ratio, quare cogitationes & affectiones cordis nostri, aliorumque Angelorum, suae natura notitiam eorum intuituum fugiant, quam quia non acceperunt species earum à Deo, idque propter quod ordo naturalis (ut supra oftensum est) postulat, ut eorum tantum rerum illis species infundantur, quarum ipsis non possunt acquirere cognitionem, & quarum ordo ipse, optimâque constitutio viuens postulat, ut per species à Deo infusas intelligent: quare quia Angeli propriarum cognitionum & volitionum quasi per experientiam, siue infusione aliarum ad id specierum, habent cognitionem: non secus ac nos, sine ipsis aliis species ab species obiectorum, quasi per experientiam cognoscimus cogitationes, ac volitiones nostras (experitur enim quisus nostrum se intelligere, quando intelligit, & se velle, quando vult) Angelii verò ex propriis intellectibus & volitionibus coniicere poterant similes intellectiones & volitiones in aliis notitia abstractiua (non secus ac nos ex nostra cognoscimus similes in aliis) idque quando eis manifestarentur signis aliquibus per liberum arbitriū aliorum factis, vel ipsis intuituerunt indicia earum: & insuper ordo, & constitutio optima viuens postulabat, ut cogitationes cordis cuiusque intellectus, ac libertate creature essent aliis occulte, nisi quatenus ipsa locutione vellent eas manifestare: inde est, ut datae eis non fuerint species intuitu representantes cogitationes & volitiones cordium, & nostras, & aliorum Angelorum. Hac dilucidiora fient ex iis quae statim subiungam, dum exposuero, quid dici possit iuxta eorum sententiam qui arbitrantur, Angelos accipere species à rebus.

Iuxta hec igitur dicendum est, tam illuminaciones, quibus Angeli superiores illuminant inferiores, quam mutuas locutiones, quas inter se conferunt, fieri per signa externa, mutuasque exteros: spirituales tamen, quos modis nobis occultis sibi inuicem

A poterunt multo melius exhibere, quam nos, dum verbis, aut nutibus inter nos loquimur. Dicendum Angelis non præterea est, Angelos numquam habere intuitus conceptus volitionum, aut cogitationum aliorum Angelorum, qui cum ipsis loquuntur, aut à quibus illuminantur: posse tamen habere intuitus conce-

ptus eorum rerum, de quibus illuminantur, aut de quibus alij cum eis loquuntur, pro qualitate rerum, de quibus inter eos agitur. Sicut enim inter nos, discipulus habere nequit intuituum conceptum cognitionis magistri: potest tamen eum habere de rebus, de quibus à magistro eruditus, modò illæ intuituum conceptum patientur: sic etiam in Angelis, licet unus habere non possit intuituum conceptum de conceptu alterius, à quo illuminatur, vel qui cum ipso loquitur: habere tamen illum potest de re, de qua illuminatur, aut de qua alius cum ipso loquitur, si talis res eum ferat. Quod si eum non patiatur, eo quod res sit futurum contingens, aut cogitatio alienus homini, habebit solum conceptum abstractum.

Nemo autem arbitratur nos rationem, quam data opinione D. Thomæ, & aliorum qui arbitrantur Angelos non accipere species à rebus, reddidimus hactenus, quare cogitationes cordis sint suapte natura Angelis occultæ, existimare esse de mente D. Thomæ.

Thomæ: longè enim alter philosophatus D. Thomas hac de re. Arbitratus namque, dum Angelii in uicem loquuntur, vnuive illuminat alium, eum, qui mente audit, aut illuminatur, cognoscere intuitus conceptus, seu locutionem mentis, qua alius cum ipso loquitur: conceptusque & volitiones, tam nostras, quam Angelorum, esse solum suapte natura alius Angelis ignotas, interim dum is, cuius sunt, non dirigit illas in alium, quo cum vult loqui: per libram autem solum volitionem ac directionem carum in alium, abique alio signo aut nutu, vult illa esse naturaliter nota, ab eo tantum ad quem diriguntur: non verò ab aliis: esque tunc cognoscibilia conceptu intuitu. Quae sane difficillima sunt intellectu, nec nobis vera videntur, propter argumenta, quæ suprà pro opinione Scori proposuimus, & propter eā quæ, dum de locutione Angelorum erit sermo, dicemus.

Sunt nonnulli ex sectatoribus D. Thomæ, qui ea ratione arbitrantur cogitationes cordis ignoras esse Angelis, quod Angelis à principio non acceptint species earum. At vero, inquit, quando unus

E Angelus suas cogitationes dirigit in alium, vultque illas esse illi notas. Deus in fundis denud species earum illi, ad quem diriguntur, & quo cum ille alius vult loqui: eaque ratione ille solus, & non alij, illas percipit, notitia intuitua. Sententia hec modum explicat, quo unus Angelus pro suo arbitrio loqui possit mente cum alio, aut aliis, ceteris non audiendis. Non tamen credo eam esse de mente D. Thomæ, qui meo iudicio arbitratur, Deum à principio infusisse Angelis species omnium rerum, quas successu temporis posse intuitu cognoscere. Præterea, iuxta hanc sententiam non esset dicturus D. Thomas, id est cogitationes cordis esse Angelis occultas, quia subiaceant libero arbitrio eius, cuius sunt, fierique manifestas per hoc quod is, cuius sunt, vult eā esse alteri manifestas: sed dicturus esset, esse suapte natura occultas, quia Deus non infusit species earum: fieri verò naturaliter manifestas, quando Deus temporis successu infundit earum species: esque, quia lege naturali, infudere iis tantum, quibus Angelus, cuius sunt, vult esse manifestas. Præterea, præterquam quod incredibile videatur, Deum eam legem ita statuisse, esque tam frequenter paratum ad infundendas

tot

sectatorum
D. Thomæ
opinio.

impugna-
tur.

tot species pro arbitrio singulorum Angelorum, qui uno, aut altero tempore cum his, aut cum illis vellent loqui: esset multiplicare in Angelis innumeratas species infusas singulorum conceptum ac voluntionum, quas alii vellent manifestare. Præterea id non esset cogitationes cordis esse suæ naturæ Angelis occultas, sed Deum non infundendo à principio species, illas occultas: successu vero temporis eas infusione specierum manifestare: quod necesse quæ conformat sit Scripturæ sanctis, ac dictis Patrum.

*Quid dicen-
dū iuxta eo-
rum senten-
tiā qui di-
cunt angelos
accipere à re-
bus species.*

Iuxta eorum verò sententiam, qui arbitrantur Angelos intelligere per species acceptas à rebus, non aliud dicendum occurrit, nisi intellectiones & voluntiones, tam nostras, quam Angelorum, eius videri esse naturæ, vt non ab aliis per experientiam & suo modo intuitu percipiantur, quam ab iis, qui eas eliciunt. Cuius rei hac est ratio. Quia uno duorum modorum videntur percipi per experientiam. Primo, per ipsam, quasi primarij sunt perceptio[n]es suorum obiectorum, & consequenter ipsatum est: ita videlicet, vt quemadmodum existentia rei creatæ, efficiendo formaliter existere rem, cuius est existentia, facit se ipsam existere existit se ipsa, sine alia existentia superaddita: sic quoque visio, verbi gratia, coloris, efficiendo formaliter potentiam visuam videre colorem, cuius est visio, & perceptio tamquam obiecti, eo ipso quod eadem potentiam informat, et que actus vitalis illius, se ipsa, absque alia notitia, facit eadem potentiam experiri ipsam, visionem, quam in se habet, ac vitaliter dicit. Qui quis enim nostrum, percipiendo quodcumque obiectum, videretur, in se ipso per experimentum comprehendere, quod per eadem potentiam percipit ipsam notitiam, qua percipit obiectum, absque aliqua alia cognitione, per hoc solum quod vitaliter eam elicit, habetque sibi formaliter insidentem. Itaque duobus modis potentia cognoscitur percipit, aut experitur aliquid. Vno modo, tamquam obiectum perceptionis & cognitionis: & hac ratione potentia visuam solum percipit obiectum coloratum aut lucidum: quo proinde modo non percipit suam visionem, que vt nec colorata, nec lucida est, ita nec cadit sub visuam potentiam tamquam obiectum actus videnti. Atque in hoc sensu negat Aristoteles 3, de Anima cap. 2. & in libro de somno & vigilia cap. 2. visum videre suam visionem. Alio modo potentia cognoscitur quasi percipit & experitur aliquid, tamquam perceptionem ipsam & cognitionem: & ad hoc non indiget actu cognoscendi superaddito, quo illud cognoscatur: quia percipit & experitur illud ipsum in se habendo, atque in se vitaliter producendo. Secundo modo cognitiones percipiuntur quasi per experientiam à potentia, per notitias, quas de eis formant, & hoc modo sensus exterior non percipit suam sensationem, vt visus non percipit suam visionem, vt vulnus Aristoteles locis citatis: sed sensus communis percipit sensations externas: & inter potentias organicas, vt nulla potest reflectere supra se ipsam, sic nulla suam hoc modo cognitionem percipit: sed id pertinet semper ad potentiam superiorum. Intellectus vero, quia reflectere potest supra se ipsum, eo quod sit potentia spiritualis, percipere potest per distinctionem notitiam suam intellectu[m]em. Potentia ergo superior non percipit cognitionem potentiae inferioris, vt sensus communis visionem, nisi per speciem à notitia visuam obiecti transmissam per nervum opticum in sensum communem: vna tamen atque eadem species representat sensu communis

A intuitu obiectum visu perceptum, & cognitio[n]em, qua illud percipit, ac proinde mediante illa eadem specie sensus communis, & apprehendit intuitu obiectum per potentiam videnti perceptum, & visionem, qua à facultate videnti fuit perceptum: sicut enim species inferiens ad membrum, quia resultat ex notitia obiecti antea cogniti, non solum repræsentat obiectum ipsum, sed etiam cognitionem, qua cognitum fuit: repræsentat namque illud, vt antea cognitum: & ideo est ratio non solum apprehendendi iterum obiectum, sed etiam apprehendendi illud, vt antea cognitum, ita quod per concursum talis speciei reddit simili in memoriam, tum obiectum antea cognitum, tum etiam cognitionem, qua antea fuit cognitum, & virtus que recordamur: sic quoque species illa transmissa in sensum communem, quia resultat ex notitia visu obiecti, non solum est ratio sensu communis intuendi obiectum visu perceptum, sed etiam visionem, qua cognitum est: eoque modo potentia superior percipit directe actum & cognitionem potentiae inferioris per speciem transmissam à notitia, & representatiuam obiecti cogniti à potentia inferiori, vt endoque illa ad perceptionem talis obiecti. Obseruandum est tamen, intellectum non videri percipere intuitu suam cognitionem, nisi primo modo dumtaxat: notitia namque reflexa, quam de sua cognitione format, non videretur esse nisi abstracta, quasi arguitu ex eo, quod in se experitur, efformata.

Quia ergo cognitione suæ naturæ non viderur cognoscibilis intuitu, nisi formando illam, aut per speciem notitiae inferioris potentia in potentiam superiori transmissam, quæ representat obiectum, vt cognitum à potentia inferiori residente in eodem supposito: efficitur, vt cognitionem unius suppositi, cognoscere intuitu non possit naturaliter aliud suppositum, ac proinde, vt angeli naturaliter nō possint intuitu cognoscere cognitiones nostras, aliorumque angelorum. Hæc ratio vni etiam habet in opinioni D. Thomæ, negantis species acquistas in Angelis, & afferentes infusas. Cui haec rationes non placuerint, quæ certè non videntur commendata, confutari ad naturas rerum nobis in hac vita occutas, vel aliam querat: libenter enim mean hac de re profitetur ignorantiam.

D De voluntibus etiam idem videtur dicendum, eius videlicet esse naturæ, vt non cognoscantur intuitu & per experientiam, nisi ab eis, à quibus elicuntur vitaliter. Salvo autem meliori iudicio, puto, ex motibus seu actibus appetitus sensitivi in corde gignac, & hepate residentibus, deriuari ab phantasiæ residentem in capite species, quibus illos intuitu & per experientiam cognoscit: ex tali vero cognitione remanere imaginem, & quasi vestigium quedam in thesauro memoriae sensitiva, quibus illorum potest recordamur. De voluntibus vero nostris, vel dicendum est, cùm residant in spirituæ potentia animæ, nempe in voluntate, nec ab intellectu distet, ipsam sufficiens esse, vt concurrant in modum speciei intelligibilis cùm intellectu, vt intellectus intuitu notitiam earum eliciat, animaque, & homo per intellectum experiarur, se habere illas in le ipso: quod magis placitum dicendum est, ab illis produci species in intellectum, quibus easdem intuitu intelligit: quod minus approbo. Ex notitia autem intuitu & quasi experimentalis, quam intellectus de eis formar, resultat in memoria intellectua imago & quasi vestigium quoddam, quo postea anima recordatur le cas voluntiones habuisse.

Legi

Lege hac de re August. 10. confessionum cap. 15. & 10. de Trinitate cap. 9. 10. & 11. & Diuum Thomam infra quæstione 87. articulo 4. In Angelis dubitandum non est, ipsamnet volitiones concurrere in modum speciei intelligibilis cum intellectu Angeli, cuius sunt, ut easdem intuitiū intelligat.

Superet respondeamus ad argumenta, quibus probatur Angelos suis viribus naturalibus intueri possit intellectiones & volitiones nostras, ceterumque Angelorum, nisi Deus suum subtrahat concursum viuieralem.

Ad primum ergo, concessa antecedente cogitatione namque cordis intelligi possunt abstractiū & intuitiū à quocumque intellectu eius suppositi, in quo sunt, ut diximus: idque est fatis, ut sint obiecta intelligibilia. Præterea non idcirco intelligi nequeunt intuitiū ab intellectu alterius suppositi, quod improportionata illi sunt, sed ob causas, quas reddidimus) negāda est cōsequētia. Potentiarum namque, in quibus cogitationes cordis sunt, dantur species intelligibiles in intellectibus aliorum Angelorum intuitiū eas representantes: ipsarum verò cogitationum non dantur, ut ostensum est.

Ad secundum, concessa maiori, & minori, ne-ganda est consequētia. Non enim idcirco cognosci nequeunt intuitiū ab Angelo superiori, quod improportionata sunt intellectui illius: quandoquidem, si illi insentient, ab eōve essent vitaliter elicita, non minus casu intuitiū cognoscere, quam Angelus, aut anima in qua sunt: sed quia, ob rationes redditas, non dantur earum species intelligibles, quibus ab alieno supposito intelligi intuitiū valent.

Ad tertium, quidquid Diuus Thomas, sectato-résque illius affirmit videantur, dicendum est, non dari species intelligibiles in Angelis, quibus aliquando intuitiū cognoscant cogitationes & volitiones aliorum Angelorum, ut dictum est. Vnde concedendum est, numquam posse eas intuitiū cognoscere. Neque inde sequitur, non posse dari inter Angelos locutionem per signa & nutus spirituales: ad id namque necessaria non est intuitiū cognitiō conceptum angelorum, qui loquuntur, sed præter intuitiū signorum perceptionem, sufficit perceptio rerum, de quibus per talia signa loquuntur, ut explicatum est. Ea verò, quae obiciuntur contra primum eorum, quae in argumento assumentur, vi-dentur sufficienter probare institutum.

ARTICVLVS V.

Vtrum Angeli cognoscant naturaliter mysteria gratiae.

DISPV TATIO I.

D.Thoma
conclusio.

BRIMA conclusio Diuui Thomæ est. An-geli ex suis tantum naturalibus mysteria gratiae nequeunt agnoscere, non solum antequām siant, ut est notissimum, sed quod sunt de numero futurorum contingentium, quæ ex libera voluntate Dei pendent, sed etiam postquam facta sunt.

Contra huius conclusionis affuerat Scotus in 4. distin. 10. quæstione 8. dicens, omnes an-gelos ex suis naturalibus mysteria gratiae posse co-noscere, non quidem antequām siant, sed postquam facta sunt. Angelis verò malis denegatum fuisse quedam eorum agnoscere, Deo cum eis non concurrente ad eam cognitionem eliciendam, ne

Molina in D.Thom.

A corum malitia redemptio generis humani per mortem Christi, & alia bona impeditur. Vnde da-mones incarnationem, etiam postquam facta est, ignorauerunt. Etenim quando diabolus ad tentan-dum Christum in deserto accessit, ignorabat Chri-stum esse Filium Dei, eiūsque naturam non existe-re in suo proprio supposito.

Probat Scotus suam sententiam. Primo, quoniam omnia mysteria gratiae, quæ ex tempore execu-tionis sunt mandata, sunt entia creata: nullum verò ens creatum improportionem habet, ut, quando actu in rerū natura existit, intuitiū cognosci possit ab intellectu angelico: quod sit, ut, nisi Deus suum concursum generalem eis subtrahat, singuli Ange-li omnia mysteria gratiae possint naturaliter intuitiū cognoscere, quando illa actu existunt.

Secundo, quoniam si mysteria gratiae non possent naturaliter cognosci ab Angelis postquam facta sunt, idē vel maximē esset, quod essent entia supernaturalia, ensque supernaturale cognoscina-raliter non possit: sed esse quippe ens supernatura-le, non tollit quin, postquam actu existit, cognosci valeat naturaliter: ergo Angelii cognoscere possunt mysteria gratiae naturaliter. Minorem pro-bat, quia ens non dicitur supernaturale compara-tione cause cognoscens, sed comparatione causa efficiens: illud quippe ens, quod produci nequit, nisi à causa supernaturali, dicitur ens supernatura-le: quod sit, ut esse aliquid ens supernatura-le, non tollat quin, quando actu existit, cognosci naturaliter possit à causa naturali.

Tertio, quoniam unus Angelus beatus viderat na-turaliter actum beatificum alterius: qui tamen est supernaturalis. Quartο, Angelii naturaliter vident in sacramento altaris non esse substanciam panis,

atque adeo accidentia esse ibi sine subiecto: ergo cognoscere possunt modum supernaturalem, quo accidentia illa existunt sine subiecto, nec non ex-istentiam supernaturalem corporis Christi loco sub-stantia panis in sacramento altaris. Quinto possi-mus argumentari, Angelii naturaliter cognoscere poterant in humanitate Christi deesse propriam personalitatem, atque adeo naturam illam non esse in proprio supposito, idque esse supernatura-le: cognoscebat præterea eam nullo modo exis-te-re posse in rerum natura, nisi vel in proprio, vel in alieno supposito: ergo naturaliter cognoscebat vnitam esse alieno supposito divino, atque adeo cognoscebat naturaliter mysterium supernatura-le incarnationis.

Ampliètudo est nihilominus Diuui Thomæ sententia, quæ est probabilior. Ad cuius intel-ligentiam sciendam est, duobus modis dici aliquid super-naturale, ut quæstione i. articul. 1. dictum est. Vno, per se, quia scilicet sapientia natura aliter produci nequit, quām supernaturale, ut gratia, vno hypostatica, & alia huiusmodi. Altero, per accidens, quia scilicet res ipsa producta de numer-o est earum, quae per causas naturales produci possunt, producitur tamen supernaturale: hu-iusmodi est oculus restitus cœco nato, vnum à Christo Domino in nuptiis factum, natura hu-mana per resurrectionem reproducta, &c. Entia super-naturale prioris generis vult Diuus Thomas cognoscere non posse naturaliter à creaturis intel-lectu prædictis, etiam postquam talia entia facta sunt: quia sicut sapientia natura excedunt faculta-tem naturæ, ut producantur, sic quoque ut co-noscantur: eaque de causa affirmat, nec à nobis, nec ab Angelis cognosci posse intuitiū, nisi solum

D.Thoma
sententia pro-
babilior.

duobus mo-
dū dici ali-
quid super-
naturale.

Quæ gratia
mysteria co-
gnoscere an-
gelii neque-
ant natura
viribus.

D d super

supernaturaliter: quod facultatem naturalem virtutum angelici etiam intellectus excedant, eisque improportionatae sunt. Et quidem cum naturalis ordo solum postulat, ut Angelis infundantur species accommodatae ad intelligendas res, quæ in eo ordine rerum, in quo Angeli constituantur, naturaliter produci possunt, ut quæstione 55. art. 2. & articulo præcedente explicatum est: sane, iuxta Diu Thomæ sententiam, Angelis non infundantur species ad intelligendas res suæ naturæ supernaturales, sed solum ad intelligendas alia, atque adeò non possunt eas naturaliter notitia intuitiva intelligere. Iuxta sententiam vero eorum, qui arbitrantur Angelos intelligere per species de-sumptas à rebus, dicendum erit: Intellectum angelicum & huiusmodi res suæ naturæ supernaturales esse improportionem quamdam ex natura rei, ut ab eis species naturaliter accipiant: sicut etiam est inter intellectum nostrum & eisdem res, ac plures alias.

*Quæ natu-
raliter pos-
sunt rā boni,
quam mali
percipere.*

In mysterio itaque gratia, si quæ interueniant ex se naturalia, vel tunc producta, vel relicta, aut resultantia, poterant Angeli, tam boni quam mali, ea percipere notitia intuitiva naturali, ex eisque aliqua alia, etiam supernaturalia, conicere, quæ per notitiam abstractiua attingant, quantum ex naturalibus, quæ cognoscunt, pro mentis acumine valuerint assurgere, modo ad illa attendant, nec peculiari aliqua de causa concursu generali, ad ea percipienda proflus necessario, desistuantur. Verbi gratia, circa mysterium incarnationis, etiam dæmones potuerunt intueri humanitatem Christi in puncto temporis intra virginis uterum abque semine viri de purissimis virginis sanguinibus fusile fabricataam, virginitas clausa integrâ, inviolataque permansisse, non solum in fabrica, sed etiam in egredi, & post egressum humanitatem Christi.

Demones
qua & qua-
lia de Chri-
sto agnou-
rint, & qua-
non.

Videtur etiam potuerunt penetrationem corporis Christi cum corpore virginis, cum natum est, & in lucem prodidit; ad id enim satis fuit virumque corpus in eodem proflus loco intueri. Potuerunt etiam resurrectionem Christi, & Lazarii, nec non alia miracula, quæ Christus Dominus patravit intueri, scilicet ea omnia esse supernaturalia. At vero quod natura Christi humana producta subito in temporis momento sine semine viri, vñta esset Verbo diuino, modumque ineffabilis illius uisionis, & quod homo ille, qui mirabiliter natus, & post mortem mirabiliter resurrexit, ac est miracula fecit, esset verus Deus, nulla ratione valuerunt intueri: tametsi tum ex his omnibus indicis, tum etiam ex his quæ prophetæ in Scripturis de Christo fuerant vaticinati, additis his quæ Simeon, Anna prophetissa, Angelique de eodem ad pastores dixerunt, & ex plerisque aliis, dæmones, etiam ante mortem, descensum ad inferos, ac resurrectionem Christi, conicere optimè, imo & certè scire valuerunt, eum esse Messiam in lege promissum, Deumque verum & hominem, atque adeò humanitatem illam supposito divino esse unitam, nisi Deus, in commodum & utilitatem generis humani, ut commodius mysterium nostræ redemptiæ perficeretur, illis concussum generalem denegasset, ne ad multa attendarent, & nisi ipsi pre malitia sua se ipsos excœassent. Propter primum horum ait August. 9. de Civitate Dei cap. 11. Christum tantum innotuisse demonibus, quantum voluit: voluit autem quantum oportuit.

Quæ vero in mysteriis gratiae supernaturalia ex se, & ex sua natura sunt, ut præter unionem hypostaticam sunt effectus sacramentorum, & uiuent

sim habitus omnes infusi ex se supernaturales, ut character, fides, spes, caritas, & alii similes, visio beatifica, & id genus alia, nec dæmones, nec angeli boni, ex suis tantum naturalibus intueri possunt in animabus nostris, aut in aliis Angelis, sed coniuris dumtaxat ea conicere ac existimare.

Sententia Diu Thomæ confirmari potest, ut quæ Dionysius 7. cap. celestis Hierarchia docet, inferiores Angelos à superioribus didicisse Christum, qui ut homo ad cœlos ascendere, regem electum gloria, Deumque verum, & hominem: superiores vero Angelos à Deo immediate id accepisse. Exponit autem Dionysius illud Psalmi 23. Attollite portas principes vestras, & quasi superiores Angeli, qui à Deo immediate incarnationis mysterium accepterunt, inferiores alloquantur, eisque rei notitiam interrogantibus tradant. Quo eodem modo exponit eundem locum Hieronymus in illud ad Ephes. 1. innotescat principibus & potestib[us], &c. Quare, ex mente Dionysij, Angeli ex suis naturalibus cognoscere non potuerunt mysterium incarnationis, etiam postquam factum est. Verba Dionysij hæc sunt: *Hoc Theologi planè tradidit, inferiores celestium naturarum ordines à superioribus rū diuinis scientias disserunt. Summos autem à Deo ipso profuso captiu doceri mysteria. Dominus esse virtutum celestium, regnumque gloria eum, qui in cœlos, ut hominem decuit, elatus est. Item Iustinus Martyr in dialogo cum Tryphonie aduersus Iudeos affimat Angelos ex ignorantia dixisse: Quis est iste rex glorie? Quoniam igit[ur] inquit, qui in cœlis erant principes, deformem cum sine honore & gloria videbant, cum eum non cognoscerent, querebant: Quis est iste rex glorie? Idem affirmat Gregorius Nazianzenus oratione 42. cum sic ait: His qui proper corpus, & passionis signa, que in defensione non allara, secum ascendens tulit, mente dubia, & incipiti sunt, atque iacō percunctantur: Quis est iste rex gloria?*

Præterea ibidem subiungit Dionysius, ab ipso mer Christo, ut homo erat, aliqua eos circa mysterium incarnationis, eave, quæ pro nobis ut homo gessit, didicisse: in cùmque modum exponit illud Isaiae 63. *Quis est iste, qui venit de Edon, in cœli vestibus de Bostra, iste formosus in stola sua, gradus in multitudine fortitudinis sue? Et infra: Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Ut sit vox Angelorum, qui, extra se quodammodo positi, & habitabundi, Christum in cœlum ascendentes interrogabant. Verba autem illa: Ego qui loquor iustitiam, & propagator sum ad salvandum. Et rursus: Torcular calcant solus, & de gentibus non fuit vir meus, & c. quasi sint Christi responso, qua eos doceat. Eodem modo exponit eadem verba Hieron. in illud ad Eph. 3, citatum, Cyrillus lib. 12. in Ioann. c. 58. atque hi duo Patres, & Thod. Dionys. Carth. & plerique alij in eandem Isaiae locum. Origenes tract. 15. in Matthæum, Pamphilus erat in Apologia pro Origene, quid de resurrectione senserit, citat testimonium ex Origeni in expositione Pl. 15. vbi eodem modo illud exponit, tametsi alij ad alias discrepantes expositiones diuerterint. Verba Dion. sic habent: *Alius autem ad ipsum IESVM affectum herentes, dominus, eius propriebus suscepit operis scientiam discentes, IESVM quæ ipsum eas per se docentem, ac primum eis suam in homines benignitatem explicantem. Ego enim, inquit, loquor iustitiam, & iudicium salvatoris. Aliorū autem primas etiam coelestes naturas & effentias quæ tantum prestant omnibus diuinarum illustrationum, atque disciplinarum quasi medium locum teneant, timide cupidiante duc.* Negat*

Negque enim per se quarunt: cur rubra sunt vestimenta tua: sed secum primò dubitant, in quo declarant quidem se dicere diuinamque scientiam cupere, sed doctrinam & illustrationem que concedatur diuino progressu & ordine, non occupent.

Eandem sententiam sequitur Gregorius Nazianzenus oratione 42. & Ambrosius de institutione virginis cap. 5, cùm dixisset: Ioseph, cùm beatam virginem grauidam agnouit, ignorasse eam esse virginem, addit: Resurrectionem Christi Angelii ignorauerunt, quod significant versiculi: Tollite portas principes vestras, &c. Interrogant, quasi ignorant. Et alij respondent, dominus fortis & potens, Dominus potens in prelio, ipse est rex gloria. Quomodo ergo homo potuit diuinum sciri secretum, quod Angelis nesciebant? & in Isaiae libro habes: Quis est iste qui aduenit ex Edona, rubor vestimentorum ex Bosor, & utique minus erat hominem resurrexisse, quam Virginem parturire, &c. Quibus verbis perspicue Ambrosius affirmat, Angelos ignorasse resurrectionem Christi, etiam postquam gesta fuit. Verum de hac re disputatione sequenti redibit sermo.

*Ad primum
Scoti refon-
datur.*

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Angelus bea-

*tus an me-
dante lumi-
ne glorie pro-
pria, auctorū
que visiones
beatificas in-
tuueri posse.*

A tura occulta sunt, intelligat, nec debitæ illi sint. Quid si Deus alicui beatorum infundat aliquas species eorum obiectorum, tunc habebit eorum notitiam per revelationem eorum in proprio genere: quod nullus negat possi accidere. Poterit etiam Deus eadem illis ostendere in Verbo, prout ad statum, aut ministerium cuiusque eorum, visio spectauerit, quod nullus etiam inficiatur.

Ad quartum concedendum est antecedens: quoniam sicut naturaliter viderent substantiam panis si ibi esset, ita respiciendo ad species sacramentales, nec ibi eam inueniendo, naturaliter cognoscunt non esse ibi: non secus ac nos naturaliter videmus tenebras esse, inspicio aërem, qui poterat illuminari, nec tamen illuminatur, vt Aristoteles 2.

de anima cap. 10. text. 103, docet. Cùm verè naturaliter videant accidentia in Sacramento existere &

*Ad quartū.
Angeli tam
boni quam
mali, quate-
nuia videant
accidentia
ab alijs subie-
cta in eucha-
ristia exi-
stere.*

abesse subiecto cui inhærent, sanè naturaliter vidente a fine subiecto existere. Eo tamen antecedente concessio, si in prima parte consequentis (quara Scotus loco citato non iustulit: solam enim secundam collegit) sermo sit de modo supernaturali, quo

accidentia ibi existunt, quoad influxum supernaturalem, quo Deus essendi modū eis præbet, neganda est consequentia: influxus namque ille, modusque efficiendi illum effectum, supernaturalis est suapte natura, & Angelos latet, nisi Deus, vel in proprio genere, vel in Verbo cum modum alicui manifestet.

Si verò loquamur de modo quo ibi existunt, quoad effectum illius influxus, quia videlicet conspicunt illa existere sine subiecto in quo sint, concedenda est consequentia: quoniam id non est aliud, quam cognoscere ipsummet accidentis, quod est res naturalis, cum negatione existentis illius in subiecto, quem effectum intelligent optimè, esse non posse per vires naturae, atque adeò arguitur cognoscunt notitia abstractua, Deum ibi operari supernaturaliter: ignorant tamen modum, seu influxum illum specialem & supernaturalem, quo id efficiat. Quod attinet ad secundam partem consequentis, de existentia supernaturali, qua corpus Christi loco substantia panis sub speciebus sacramentalibus dilitescit, si Scotus eam intelligat, quasi Angelii cognoscant modum illum quod ad influxum supernaturalem in humanitatem Christi, per quem ibi Deus sacramentaliter eam collocat, neganda est consequentia: quoniam influxus, modusque illius existendi suapte natura est supernaturalis, ideoque Angelis, etiam beatis, naturaliter occultus. Si verò sit sermo de ipso-

met corpore Christi ibi sacramentaliter, indubitateque collocato cōparatione cuiusque puniti specierum ac spaci, quod illæ occupant, res est discutienda cum de venerabili, reconditōque Eucharistia sacramento disputabitur.

Ad quintum, qui affirmant suppositum in rebus creatis addere aliquid reale supra naturam, confitent coguntur, non solum Angelos beatos, sed etiam dæmones, naturaliter posse cognoscere (nisi Deus,

vel per subtractionem concursus generalis, vel aliqua alia supernaturale ratione tenebras cis offundat) non quidein influxum supernaturalem, quo Deus efficiebat naturam humanam Christi

existere sine proprio supposito, sed eam esse sine proprio supposito, atque adeo ab aliquo alio, vel supposito, vel natura substantiæ, tamquam à sustentante eam, pendere, neque illud esse aliquod naturalium, quæ ipsi essent nota: atque adeo summa cum probabilitate (ne cum euidentia dicam) eos coniucere potuisse vniōnem hypostaticam, myste-

*Ad quintū.
An cognoue-
rint angelii
humanitatē
Christi non
esse in pro-
prio suppo-
site.*

D d d 2 rūmve

Molina in D.Thom.

riūmve incarnationis. Hac tamen de re cùm de incarnatione disputabitur plura Deo dante dicemus: tunc planè credo me offendurum, naturalem Angelorum vim latuisse vtrum natura illa in proprio ester supposito, an in alieno: non secus ac homines, qui Christum conspiciebant, id ipsum, naturaliter latebat. Neverò commoueantur, quin nihil verum posse esse arbitrantur, nisi quod ex suis ipsi principiis deducunt, quòdque eorum animis iam antea infederit, modum non innuo, quo id defendendum, ostendendūmque sit, quoisque in materia de incarnatione ex veris principiis illum deducam, efficiāmque manifestum.

DISPUTATIO II.

Quousque angelii supernaturaler cognoverint mysteria gratiae.

Angeli per visionem beatitudinem quousque cognoscunt mysteria gratiae.

S_ecunda conclusio Dñi Thomæ in hoc articulo est. Angelii per visionem beatitudinem vident in Verbo mysteria gratiae, non quidem omnia, neque omnes aequaliter, sed superiores & beatiores videne plura & altiora, quæ alii aperiunt, eorum mentes illuminando. Addit Diuus Thomas, quædam ex gratiæ mysteriis esse nota Angelis iam inde à principio suæ creationis: quædam vero postea ipsis aperiti, prout corum officiis congruit: videatur autem per principium creationis Angelorum intelligere, non quidem moram, in qua fuerunt in via, antequam diuinam essentiam viderent, sed durationem illam, in qua diuinitate intueri ceperunt, quæ paulò post primum momentum, quo conditi sunt angelii, incepit.

Contraria Scotti sententia. Argumētū, soluitur.

Scotus vbi supra negat Angelos videre mysteria gratiae per visionem beatitudinem, videre tamen affirmat per revelationes in proprio genere. Pro qua re argumenatur in hunc modum. Beatus non distinguitur à non beato, nisi quia intuetur obiectum beatificum, quæ tale est, cæque, quæ in eo, quæ beatificum est, continentur: sed mysteria gratiae non continentur in obiecto beatifico, quæ beatificum est: ergo non cognoscuntur visione beatifica, per quam beatus à non beato distinguitur. Minorem probat, quia non spectat ad beatitudinem cognoscere, quod gratia huic, vel illi conferatur.

Ad hoc argumentum dicendum est in primis. Licet beatus à non beato distinguitur, quia beatus intuetur obiectum beatificum, non beatus vero non item: simul etiam distingui possit, tam à non beato, quam à minus beato, quia ea ipsa visione beatifica videt aliqua in obiecto primario (quod per se ad beatitudinem pertinet) quæ, nec non beatus, nec minus beatus in eo vident. Qui enim magis beatus est, diuinamque essentiam plus penetrat, ea ipsa visione, quæ beatus est, plures creaturas in ea vident, quam qui minus beatus est, vt quæst. 12. art. 8. ostensum est. Dicendum est deinde, quanvis mysteria gratiae de numero sine complexionum contingentium, quæ non cognoscuntur vi solius intuitus, quo diuina cernitur essentia, sed necessariò simul sit voluntaria offensio, vel determinationis diuinæ voluntatis, vel diuinæ præscientiæ, quæ Deus prænominat hoc vel illud futurum esse, cùm tamen possit non esse, vt quæst. 12. & 14. art. 13. ostensum est, atque adeò cognitione eorum, nec supponat nec efficiat magis beatum essentialiter, quam silla in Verbo non cognoscerentur, vt quæst. 12. art. 8. ostendimus: posse nihilominus manifestari à Deo per visionem beatificam extendendo

A illam peculiari suo influxu ad hæc, vel ad illa obiecta, prout status cuiusque postulauerit, nec esse opus, vt extensio illa, & ostensio in Verbo complexionum contingentium, quæ ad statum cuiusque beati spectant, fiat cùm primū aliquis beatus (modò Christum Dominum, & sanctissimamque illius Matrem excipias) sed satis esse, si multa decursum temporis, quando illa eveniunt, ei ostendantur, vt quæst. 12. art. 8. disp. 6. & disp. 5. versus finem in responsione ad primum, & secundum dubium probauimus. Quibus in locis lege quoisque complexiones contingentes, siue ad mysteria gratiae spectent, siue non, beatis, vel in proprio genere, vel in Verbo ostendantur

Dubium est, quoisque Angelii mysterium incarnationis, antequam fieret, cognoverint. Dicunt autem postea de cognitione supernaturali per fidem, quam angelii omnes, tam boni quam mali, habuerunt, dum in via fuerunt, dicamus modo solum de angelis beatis.

Patres illi, quos disputatione præcedente circamus, nempe Dionysius, Origenes, Ambrosius, Hieronymus, Theodoretus, & Cyrilus, ac alijs plerique, aperè videntur docere, angelos beatos habuisse ignorantiam circa mystrium incarnationis antequam fieret. Imò quidam illorum assertorū illos habuisse ignorantiam multarum circumstantiarum ciuidem mysteriū, etiam postquam facte sunt, vt disp. præcedente ex parte retulimus. Hanc sententiam suadere videntur duo illa testimonia ex Psalmo 23. & Isaia, quibus partes illi ducti id asserunt. Suadere idem videtur illud ad Ephesios 3. Prout potestis, inquit Paulus, intelligere prudentiam meam in mysterio Christi, quod alii generationibus non est agnitus filiis hominum, sicut nunc revelatum est sanctis Apostolis eius in Spiritu gentes esse coheredes, &c.

C Et infra: *Quæ sit dispensatio sacramenti ab conditio à seculis in Deo, qui omnia creavit, ut innotescat principiis & potestatibus in coelestibus per Ecclesiam multiformis gratia Dei secundum præfitionem sacerdotum, quam fecit in Christo IESU Domino nostro. In qua verba Hieronymus: Crux, inquit, Christi non solus nobis, sed & Angelis, cunctisq; in celo virtutibus aperuit sacramentum, quod ante negligebant. Deniq; ad calum cum corpore reverenter miratur, & dicunt: Quis est iste qui ascendit de Edom, fulgida vestimenta eius ex Bosor. In alio loco: Quis est iste rex gloria. Hæc Hieronymus. Et Anselmus in eadem verba Pauli, In cognitione, inquit, huius sapientia etiam angelici spiritus proficerunt: quia dum eam Christus, vel per se, vel per Apostolos instrueret, plurima secreta didicissent angelis, quæ ignorabant. Idem consenserit Theophylactus, & Oecumenius, Sedulus, & plerique alijs dum eum locum expendunt. Nec vero adduximus disputatione præcedente testimonium hoc, neque hos Doctores in confirmationem eius rei, de qua ibi querrebatur, quoniam (si Hieronymum excipias) neque ex eo testimonio, neque ex his Doctribus colligitur, quicquam eorum quæ ad incarnationem & circumstantias, de quibus in eo est sermo, spectat, latuisse angelos postquam gesta sunt, sed solum antequam gererentur, manifestarenturque Ecclesie. Eamdem sententiam videntur etiam suadere illud i. ad Timoth. 3. *Magnus est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, adjungitum est in gloria.**

F Augustinus 5. super Genesim ad literam cap. 19. aperit vult, mysterium incarnationis innotescit in Verbo angelis à principio suæ beatitudinis, tamet si possit

si post longum tempus ab orbe condito eis apparet quoad illius existentiam, per notitiam quasi experimentalē illius. Verba Augustini de angelis beatis loquentis hæc sunt: *Nam nec illud eos latuit mysteriū regni cōlōrum, quod opportuno tempore reuelatum est pro salutē nostra, quo ex hac peregrinatione liberati, corūm cotui coniungantur.* Neque hoc ignorarunt: quandoquidem ipsum semen, quod opportuno tempore admetit, per ipsos dispositum est in manu mediatoris, id est, in eius potestate, qui Dominus eorum est, & in forma Dei, & in forma serui. Dicit enim Apostolus: *Mibi enim minimo omnium sanctorum data est gratia hæc, annunciare in gentibus inuestigabiles diuinias Christi, illuminare que sit dispositio & dispensatio sacramenti, quod fuit absconditum à faciliis in Deo, qui uniuersa creauit, ut innoteat principib⁹ & potestatib⁹ in cœlestib⁹ per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, secundum propositionem faciliorum, quā m̄ fecit in Christo Iesu Domino nostro.* Sic ergo fuit hoc absconditum à faciliis in Deo, ut tamen innoteat principib⁹ & potestatib⁹ in cœlestib⁹ per Ecclesiam multiformis sapientia Dei: quia ibi primitus Ecclesia, quod, post resurrectionem & ista Ecclesia congreganda est, ut simus aequales angelis Dei. Illis ergo à faciliis innotuit, quia omnia creatura non ante facula, sed à faciliis. Ab ipsa enim exorta sunt facula, & ipsa à faciliis quoniam initium cius, & initium seculorum est. Et paucis interieatis: *Quod autem non in Deo tantum innoteat Angelis, quod absconditum est, verum etiam hic eis apparet cum efficitur, atque propalatur, idem Apostolus iuratis est: & sine dubio addit, magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, insufficatum est in spiritu, apparuit Angelus, predicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.* Hec Augustinus.

Magister sententiarum in 2. dist. 11. cum Aymone dum interpretatur testimonium illud ad Ephesios 3. iam citatum, conciliare nützt Augustinum cum Dionysio & Hieronymo, ut dictum Augustini intelligatur, non de omnibus vniuersim angelis beatis, sed de præcipuis, per quos prophetis & Apostolis factæ sint revelationes de mysterio incarnationis, dictum vero Dionysij & Hieronymi intelligatur de inferioribus angelis. Et sicut satis congruerter ad Dionysij verba c. 4. cœlestis Hierarchia, ubi de angelicis substantiis sic loquitur. *Ha sunt que, cùm primo ac varie diuinatis sint particeps, & primo etiā loco, ac multis modis, diuinatis veritatem quibusdam rectam aperunt, & enunciant. Itaque semper, ac ubique angelorū præcipue nomine appellantur, propter a quod primum in eis ista diuina illustratio, ac per eas ad nos perueniant ea, que naturam nostram superant, pateficiōnes.* Sic enim lex, ut diuina Scriptura restatur, per Angelos nobis data est. Atque etiā clares illos, qui legem antecesserunt, cāmque secuti sunt, Pares nostros Angelii ad diuinatis noritum perduerunt, cū vel ad id quod agendum erat inducerent, vel ab errore eos, vitaq; celesta, ad rectam veritatem viam traducerent, vel sacros eis ordines, vel mysteriorum diuinorum occultas visiones, aut diuinis quādam predicationes interpretando enunciarent, & aperirent. Quid si quis illinc etiam per se, sine illo medio, nonnullis Sanctis Deum visione esse contendat, is discat hoc etiam aperiē ex sacris literis, id quod in Deo occulatum sit, vidisse, aut visurum esse neminem: Deum vero Sanctis oīsum ac ostensum esse illum quidem, sed enunciationibus, que Deo digna sint, per quādam sacras, & eorum quibus ostendantur, capiti accommodatae visiones. Theologia autem sapientissima visionem ilam, que in se descriptam diuinitatem, quasi specie, & habitu eorum, que nulla forma depingi possunt, prodī-

A dit, rectè ex eo quod ad diuinitatem eos, quibus ostenduntur, erigat, Dei visionem nūcupat, propter a quod ea in mentibus eorum, qui vident quendam diuini luminis radium refundat, & aliqua verum diuinarum doctrinam eos eruditat. Has autem diuinas visiones clarissimi illi Patres nostri coelestis virtutum opera didicerunt. An non etiam sacram illam legislationem illinc quidem à Deo Moysi datam, & concessam esse diuina scripta trādiderunt, ut nos verè eam diuina, ac sacra simulacra esse doceant? Sed hoc etiam eadem Theologia nos docet, eam Angelorum ad nos operae peruenisse, quasi illud ordinis diuina legis sanciat, ea, que secundum locum obtinent, ab iis que primum, ad diuinitatem erigi, & exercitari? Etenim non solum in summis, atque insimis mentibus, sed in iis etiam, que sunt eiusdem ordinis, hac lex a Deo sancta est, ut in quacumq; Hierarchia, & primi sint, & medi, & postremi ordines inferioriūque superiores doctores sint, eisque quasi dīgito viam monstrant, adiutūque ostendant ad diuinitatem, illustratiōnem, atque confocationem. Diuinum etiam humanitatis Iesu mysterium Angelis primum enunciatur, ac patefactum esse video, deinde per eos ad nos cognitionis beneficium peruenit. Sic Gabriel Zachariam quidem Pontificem docuit, fore, vt puer propheta ex ipso neque opinionato diuinis benignitate naſceretur, ex quo diuinum Iesu opus, quod & adiumentum, & salutem mundo afferret facile perficeretur: Maria autem, quemadmodum in ea diuinum mysterium, quo, Deus homo factus est, fieret. Alius vero Angelus Ioseph docuit, verē cōpleta esse, que diuinus David promissa fuerant. Alius pastori bū, qui se a multis secernendo, & quiescendo pura integrā mens eſent, gaudium muncauiit. Cūque ea multitudine cœlestis exercitūs hominibus magna laude dignum illud glorie elogium trādidiſt. Sed ut summas, que a Scriptura trāduntur, luminis visiones recordemur, ipsam etiam Iesum, que cœlestium essentiārum autor est, omni essentia superior, cū sine villa mutatione speciem figurāmque noſtram indutum venisset, ab eo ordine homine dignissimo, quem ipse prefecit, atque delegiſet, non discessisse animaduerto, sed eum faciliter Patri, ac Dei per angelos figuris obſcurē expreſſe, eorumque officio Ioseph filij in Egyptum secessio, que Patri prouidentia extiit, nūciatur, ac eiusdem ex Egypto in Indiam reueroſio: cūdēmque per angelos Patri legibus subiectum cernimus. Pratermitto enim dicere, ut sciēti ea que sacro ſanctis noſtris institutis trādita sunt de angelo qui Iesum conſirauit, aut illum ipsum cum pro ſua in ſalutem noſtrā beneficentia, in numerum eorum qui myſteria emuniant, aſcriptū eſet magni cōſilij appellatum eſe Angelum. Etenim ut ipſe pro Angeli nūciūte dignitate dixit, omnia que a Patre audiuit, nobis nūciavit. Haec tenus Dionysius.

Diuinus Thomas hoc loco in responsione ad primum, & ad tertium, quæſtione 64. art. 1. cap. 1. ad quartum, & quæſtione 106. art. 4. ad secundum & alibi, alter Augustinum cum aliis Patribus conciliat Nempe, ut omnes angelii per visionem beatificam cognoverint mysterium incarnationis statim à principio ſuæ beatitudinis, atque adeò antequā fieret: non vero quod particulas rationes & circumstantias, atque omnia, quæ ex illo deriuata sunt, sed quādam eorum didicerint postquam facta sunt. Conatuque in illa responsione ad secundum citata in eamdem sententiam Magistrum sententiarum perducere.

Secundum, quod D. Thomas in hac ſua sententia affirmat, eft mihi indubitatū, aperteque videatur colligi ex testimonio illo Pauli citato ad Ephesios 3, cui concinunt cātera testimonia. Nempe multa, quæ Angeli ignorabant circa circumstan-

Modus alter
quo D. Tho.
eſdem pa-
tre concilia-
re nūciuit.

Angeli quæ
ab Ecclesia
militante
diadicerint.

tias, & ea quæ ex mysterio incarnationis secura sunt illudque supponunt, didicisse eos per militarem Ecclesiæ, inter quæ fuit modus vocationis gentium, de quo Paulus ad Ephes. 3. ad literam loquitur, nempe sine ylla oblatione legalium & sine viro prorsus discrimine gentes esse cohæres, & corporales (hoc est, pars corporis mystici Ecclesiæ sub capite Christo), vñā cum conuersis ex Iudeis) & compariçes promissionis in Christo Iesu, per Euangelium, vt Ambrosius egregie in eum locum expōnit. Idenī Paulo, Actorum 9. dum Christus Damascum pergenti apparuit dignitatem doctoris gentium concessit, atque Euangelium per seipsum reuelauit, pleniū & apertius, quam vñquam antea manifestauit, per Paulumque prædicari cœpit, innoescereque principibus, & potestatibus in celestibus, vt ad Ephes. 3. affirmat. Postea vero Petro, ignoranti mysterium illud, reuelatio illa cœli aperti, doceſſidentis que vasis velut linter quatuor initii de cœlo in terram submissi, in quo mysterium illud significabatur, Actorum 10. facta est. Et cœlit in ea, & baptismo Cornelij, vocationem sine viro discriminē gentium agnouerit, non viderut tamen planè cognouisse cœlacionem legalium, quousq; post prædicationem Pauli Actorum 15. conquisito ea de re in primo Ecclesia Concilio magna celebritate facta est. In quo Petrus, & reliqui, qui cum Paulo & Barnaba conuerterant, plenā ea de re videntur ab Spiritu sancto illuminati, vt definitio illa eiusdem Concilij, vñsum est Spiritui sancto, & nobis, &c. satis indicat. Non solum autem mysterium illud, sed & pleraque alia, qua incarnationem sunt confecta, vt institutionem sacramentorum, Eucharistia præsentim, & alia similia videntur Angeli ignorasse, antequam per Christum in militante Ecclesia fierent, quæ proinde per militarem eo ipso illis innoverunt.

Angeli à principio sua beatitudinis an mysteriū incarnationis cognovint.

Primum vero, quod D. Thomas affirmit, omnes feliciter Angelos beatos à principio sua beatitudinis vidisse in Verbo mysterium incarnationis in genere, alios tamen cognouisse plura, & alios pauciora, circa circumstantias illius, successumque Ecclesiæ post peractam incarnationem, est satis probabile, estque expressa sententia Augustini loco citato. Non tamen est negandum multa posse de currente tempore circa illud mysterium fuisse illis, aliquibus eorum reuelata, etiam antequam fierent. Ut Gabrieli tempus, in quo mysterium illud in vtero Beata Virginis fuisse celebrandum, & modum, vt legatione ad beatam Virginem fungetur. Et Gabrieli, ac aliis pleraque alia successu Ecclesiæ militantis, iuxta mensuram, quæ muneri & dignitati singulorum expediebat. Arque in hunc modum intelligi Bernardum in sermonibus de aduentu, homilia secunda in laudibus Virginis, dum arbitratur secretum Dei circa incarnationem soli Gabrieli Archangelo ante Virginem fuisse manifestatum. Porro eiusmodi reuelationes, vel in proprio genere, vel etiam in Verbo fieri optimè annis labentibus potuerunt, vt q. 12. art. 8. disp. 6. & ad finem disp. 5. in responsione ad primum & secundum dubium ostendimus. Neque hæc consequentia apud me quicquam valet, hic Angelus, aut hæc anima beata hoc vel illud videt modò in Verbo: ergo vidit illud à principio sua beatitudinis, modò (vt locis citatis dictum est) Christū Dominum, lacratissimāque illius Matrem excipias.

Quod ergo omnes Angeli à principio sua beatitudinis cognoverint mysteriū incarnationis, probatur primo. Quoniam Christus constitutus erat rex gloriae, caputque proinde, non solum ho-

minum, sed etiam Angelorū, iuxta illud ad Ephes. 1. suscitans illum à mortuis, & constitutens ad dexteram suam in celestibus, supra omnem principatum, & potestatē, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecti sub pedibus eius, & ipsum debet caput super omnem ecclesiam, vt interim præmittam alia scriptura testimonia: expeditis ergo fuit, vt angeli à principio sua beatitudinis id intelligerent, & expectarent, imò ad eorum statum spectabat id cognoscere. Secundò, quoniam, vi habetur ad Hebreos 1. Angeli omnes sūt administratori spiritus: in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, idque statim cùm primum beatitudinem sunt assecuti, & cùm primum Ecclesia militans in hoc sublunari mundo incepit, quot autem hæreditatem capiunt salutis, salutis facti sunt à lapsu primorum parentum, salvi sunt per mysterium incarnationis, atque mortis Christi, omnēque gratiæ, & auxilia in genus humanum post lapsum primorum parentum collata, præter incarnationem & mortem Christi in homines deriuata sunt: ergo Angeli omnes à principio sua beatitudinis, militantisque Ecclesiæ, cognoverunt in genere incarnationis mysterium, redemptionemque generis humani, tamquam principium quadam vniuersale ad quod omnia eorum ministeria ordinantur, à quo deriuantur, & vnde vim habent. Tertiò, Prophetæ cognoverunt, & prædixerunt mysterium incarnationis, mortis, resurrectionis, & ascensionis Christi, redemptionisque generis humani: sed vt ex Dionysio cap. 4. Ecclesiæ Hierarchia relatum est, probatque ibi sufficienter ex Scripturis, reuelationes factæ prophetis, ministerio Angelorum factæ sunt, & esto ministerio eorum non essent factæ, negandum non est Angelos factos intellexisse factas literas, & que à prophetis prædicebantur: ergo omnes Angeli beati, sive in Verbo, sive in proprio genere, cognoverunt de mysterio incarnationis, antequam executioni mandarent, ea omnia, quæ prophetæ cognoverunt, & prædixerunt in Scripturis.

Atque hinc sumitur argumentum cur affirmamus Angelos in die ascensionis Christi non ignorasse ea, de quibus in testimonio illis Psalm. 2., & Isaiae 63. est fermo. Ex Scripturis namque ipsi, in quibus illa continentur, quæ tot annis Christi ascensionem præcesserunt, illa eadem didicissent, quando ex aliis capitibus ea non agnouissent. Vi ex salutatione, quæ Gabriel Beatam Virginem salutavit, ex qua, & ex iis quæ in nativitate Christi acciderunt, nec non ex doctrina & miraculis Christi Domini, eidenter colligere potuerunt, Christum esse Deum & hominem: præterquā quod eam naturaliter videre potuerunt, motientem, descendente ad inferos, inde quoque sanctorum Patrum animas eruentem, ac resurgentem. Vnde quidam duo illa testimonia Psal. 2., & Isaiae 63. expōnunt, quæ ex admiratione procererint interrogations illarum Angelorum, atque ex animo magnificandi Christum: non verò ex ignorantia. Atque in hunc modum exponit testimonium illud ex Psal. 2., August. sermone 5. de ascensione. Alij, meo iudicio, rectius eadem interpretantur, vt sint quasi dialogus quidam Davidis, & Isaiae, in quo, vt magnalia illa de Christo vaticinentur, Angelos loquentes introducent, quæ in Davidis testimonio angelorum exercitus, vel propheta ipse regius Christum ascendentem comitatus dicat: Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ eternales, & introibit

rex gloria. Et aliis Angelis rogantibus: *Quis est iste rex gloria?* respondeat: *Dominus fortis & potens, &c.* In festimonia vero Itiae, quasi beati spiritus Christum interrogent, Christusque ipse reddat magnalia illa de se ipso. Itaque vera utriusque testimonij expressiones sunt conceptuum ipsorummet propheticarum, quos de Christo ipsiusque dignitate, & ascensione formabant: non vero conceptum Angelorum, ac Christi.

Reuelationes in hoc mundo factæ plurime quæ de ministerio Angelorum non omnes tamem.

Illud circa verba Dionysij 4. cap. cœlestis Hierarchie admonuerim: Mentem Dionysij non esse, omnia vniuersim, qua hominibus in hoc mundo reuelantur, ministerio Angelorum eis reuelari. Et enim, quæ Angelis per Pauli predicationem innotuerunt, non fuerunt Paulo per Angelorum ministerium reuelata, sed immediatè a Christo. Addit, Angelos neque in mentibus hominum, neque aliorum Angelorum producere quicquam posse immediatè, atque adeò neque cognitionem, & reuelationem, sed solummodo proponendo exterius obiecta, aut mouendo imaginationem: quare reuelationes, quæ interius prophetis sunt, aliaque spirituales illuminations, quibus & prophetas ipsos, & alios Sanctos viros Spiritus sanctus illustrat, à Deo efficiuntur immediatè sine innotuendo ministerio Angelorum. Solùm ergo vult Dionysius, reuelationes factas, aut per signa externa, aut exterius Deo alicui apparente factas fuisse ministerio Angelorum Dei personam sustinentium, neminemque Deum vidisse in quantum. Vnde quod Exodi 3. dicitur apparet Dominus Moysi in flamma ignis de inedio rubi, & tunc 7. quasi exponens Stephanus ait, Apparuit illi Angelus in igne flamma rubi. Et cum Exod. 19 & 20. dicatur, Dominum tradidisse legem Moysi, ad Galatas 3. eadem illa lex dicitur ministrata per Angelos in manu mediatoris, hoc est, Moyli, qui sequester & minister erat inter Deum & populum. Quibus, ad Hebreos 2. de eadem lege additur. Si enim qui per Angelos factus est sermo, &c.

Incarnationis verbis in via reuelata.

Quod ad cognitionem supernaturalem per fidem de mysterio incarnationis attinet, quidam affirmant id fuisse Angelis omnibus reuelatum, dum fuerunt in via. Non quidem quoad omnes circumstantias, nempe quod Christus reparatus esset genus humanum, moriurus, resurrectus, &c. sed solum, quod futurus esset quidam homo, qui simul esset verus Deus & homo, & caput ac Dominus Angelorum & hominum. Imò sunt, qui assertant Luciferum, & demones eius sectatores, ex ea reuelatione sumptissime anam rebellantur contra Deum per superbiam & inobedientiam, vt constabit, cum de peccato Angelorum disputabitur. Sunt qui citent D. Thomam 2. 2. q. 7. art. 7. in responseione ad primum, & Augustinum 5. super Genesim ad literam cap. 9. quasi affirment Angelos dum fuerant in via habuisse reuelationem & fidem de mysterio incarnationis. At certè, si intentè legitur, neuter loquitur nisi de Angelis beatis. Clarus videtur D. Thomas innuere camdem sententiam infra 9. 64. articulo 1. ad quartum, ubi mysterium, inquit, regni Dei, quod est impletum per Christum, omnes quidem Angeli à principio aliquo modo cognoverunt, maximè ex quo beati sunt visione Verbi, quam demones non habuerunt. Non tamen omnes Angeli cognoverunt perfecte, neque equaliter. Vnde demones multi minus, Christo existente in mundo, mysterium incarnationis cognoverunt. Si autem perfecte & per certitudinem cognoverint, ipsum esse filium Dei, & effectum passionis eius, nunquam Dominum glorie crucifixissent. Hæc D. Thomas.

A Probant hi autores suam sententiam, quoniam Angelos dū vt D. Thomas 2. 2. qu. cl. 2. art. 7. & 3. parte q. 1. art. fuerunt in via habuisse 3. ad primum affirmat, consonatique fatis Aug. 9, notitiam super Genesim ad literam cap. ultimo. Primus p. carnationis rens in statu innocentie habuit fidem explicitam fatura sua Christi, mysteriique incarnationis, non quidem detur primus.

quatenus illa ordinanda erat in redemptionem generis humani, ed quod homo precius non facit sue ruinæ, sed quatenus ad consummationem gloriae, atque Christus caput esset hominum & Angelorum etat ordinanda. Viderürque id fatus colligi ex scripturis sacris. Genesios enim 2. excitatus Adamus à sopore, quem ei Deus immiserat cum Euan de costa illius fabricauit (quem soporem Augustinus loco citato, & Bernardus sermone 2. dominice septuagesima, & multi alij, ecclasi per excessum contemplationis fuisse affirmant, tametsi Bernardus non sit admodum ea in re firmus) vidensque mulierem spiritu propheticō, vt Augustinus loco citato ait, dixit: *Hoc nunc os ex offib⁹ meis, & caro de carne mea: propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhuc ibi uxori sue, & erunt duo in carne una.* Que verba referens & exponens Paulus ad Eph. 5. *Sacramentum,* inquit, *hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia: cū ergo de iis,* de quibus primi parentes in statu innocentia habuerunt fidem, habuerunt etiam Angeli dum fuerunt in via, consequens profecto est, vt Angeli omnes, dum in via fuerunt, reuelationem, ac fidem mysterii incarnationis acceperint.

B Secundo, Christus praedestinatus erat, vt esset caput & Dominus hominum & Angelorum: ergo decens fuit, vt Angelis, dum fuerunt in via, Christus, quæ eorum Dominus, reuelaretur.

C Adde, eiusmodi notitiam de Christo per fidem cedere in dignitatem Angelorum, & in honorem Christi, & nec scripturis, nec dictis Patrum repugnare, eaque ratione non videri eis denegandam.

D Sententia hæc, nec certa est, nec improbabilis, modò tamen ne talis cogitatio de Christo futuro in Angelis concedatur, quæ satis esset, vt ipso adueniente, demones cum certò possent cognoscere, quam notitiam D. Thomas, vt reculimus infra q. 64. negat, dici tamen posset, licet demones eam notitiam, quæ ad id sufficeret, habuerint, Deum tamen cum eis non concurreret, vt cum certò cognoscerent, demonesque seipos, ne eum certò cognoscerent, excecerent.

E Qui argumentis propositis eam sententiam sibi non persuaderet, ad primum negare posset, Adamum spiritu propheticō ea, in sensu, quem Paulus expoluit, protulisse: cùmve esse sensum literalem eorum verborum, diceretque eum esse sensum spiritualem, quem Adamus non cognovit, sed reuelatus fuit postea Paulo. Id quod satis verba Pauli innuunt, dum inquit, *Ego autem dico in Christo & in Ecclesia,* quasi dicat, mihi hoc reuelatum est, & ego sum qui eiusmodi mysterium, ab Spiritu sancto in sensu spirituali intentum, in illis verbis Ad. 1. Adami agnosco.

F Ad secundum ita respondebit. Cum Christus ad 2. praedestinatus sit vt esset caput hominum & Angelorum, ex præscientia, quod Adamus esset prævaricatus, & quod incarnationis necessaria erat futura ad reparationem generis humani, tamquam ex conditione sine qua non, iuxta D. Thomæ, & sanctorum Patrum communiorum sententiam, decens non fuisse, vt ante ruinam generis humani, id hominibus, aut Angelis, dum essent in via, manifestaretur.

Ad tertium negandum est, id omnes concedendum fuisse in Angelis dum erant in via, quod in dignitatem illorum tunc cederet, si status ille id non postulabat. Negandum etiam est, consonans esse dictis Sanctorum ut plurimum affirmantium incarnationem futuram non fuisse, si Adamus non peccasset, tunc Angelis eam revelationem fuisse factam.

QVÆSTIO LVIII.

De modo cognitionis angelicæ.

ARTICVLVS I.

Virum intellectus Angeli quandoque sit in potentia, quandoque in actu.

Prima D.
Thoma conclusio.

PRIMA conclusio est. Angelus numquam est in potentia ad actum primum comparatione eorum, quæ potest naturaliter intelligere. Hæc ex eo est manifesta, quoniam ex sententia D.Thomæ Angelus creatus est repletus speciebus intelligibilibus eorum omnium, quæ potest naturaliter intelligere, per quas est in actu primo ad illa omnia intelligenda.

Secunda.

Secunda est. Comparatione eorum, quæ diuitius ei reuelantur, nihil prohibet esse in potentia ad actum primum, ut ad speciem intelligibilem, qua intelligat gratiam, aut donum supernaturale aliquid.

Tertia.

Tertia est. Angelus potest esse in potentia ad actum secundum comparatione eorum, quæ naturaliter cognoscit, id est, potest esse in potentia ad actualem cognitionem eorum. Probatur, quia non cognoscit actu omnia simul: ergo poterit esse in potentia ad actualem cognitionem aliquorum.

Quarta.

Quarta est. Comparatione visionis beatifica, qua Verbum, & ea quæ in Verbo illi representantur, intuerit, Angelus beatus semper est in actu. Hæc patet, quoniam visio beatifica, in qua supernaturalis beatitudo angelii est posita, nec omnino, nec ex parte potest corrupti, ut q.12 art.8. & 1.2. dum eslet de beatitudine sermo, ostendimus. Ad nouam vero reuelationem faciendam in Verbo, esse potest in potentia antequam fiat, ut art. 8. citato dictum est. Vrum autem angelus cessare possit à sui ipsis cognitione, diximus q.56.art.1. disp.1.

5. Conclusio
An sint in
Angeli ha-
bitus infusi
ex na-
tura-
les.

Vrum vero in angelis sint concedendi habitus, tam infusi, quam naturales, scientiarum & virtutum, quos suis actibus, ad quos sunt in potentia naturali, comparent, si quis querat, sequens quinta conclusio respondebit. In angelis negari non possunt habitus infusi, fidei & spei, dum fuerint in via, & caritatis, atque gratiae, qui perseverauerint in eis, qui beatitudinem sunt adepti. Probatur, quoniam ex suis viribus elicere non potuerunt actus supernaturales illarum virtutum, quibus vitam æternam promerentur, dum erant in via, neque modò actus supernaturales quos elicunt in patria: ergo indigebant habitibus supernaturalibus earum, quibus, quies vellent, elicere eos possent, quique actus illos ad esse supernaturale eueherent.

6. Conclusio.
Angeli sunt
actibus com-
parare habi-
tus.

Sexta conclusio. Praeter species intelligibiles, concedendi sunt in angelis habitus acquisiti per actus, tam ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis non secus ac in nobis. Probatur, quoniam pars ratio de habitibus primorum principiorum in nobis, & de habitibus tam intellectualibus, quam

A moralibus in angelis: at ostendimus i.2. questione i. art. i. in nobis concedendos esse habitus primorum principiorum, qui qualitates sint menti superaddite, genereturque ex assensibus primorum principiorum: ergo & in angelis sunt huiusmodi habitus concedendi, qui ex assensibus, & appetitionibus eorum generentur, & in intellectu, & in voluntate: & quoniam fundamenta huius nostræ sententiae ibi iacta sunt, ne eadem multis in locis inutiliter repetantur, supersedeo hoc loco à longiori hac de te disputatione.

ARTICVLVS II.

Virum Angelus posse simul multa intelligere.

DISPV TATIO I.



ENTENTIA D.Thomæ hoc loco est, *D.Thomæ angelos non posse simul cognoscere, multa per modum multorum, posse tandem per modum unius. Exempli gratia posse cognoscere simul multas partes continuas, quando per modum unius cognoscentes in toto, & posse cognoscere simul prædicatum & subiectum quando cognoscunt ea, ut partes totius propositionis: posse item cognoscere simul multa comparata, ut in una comparatione conuenient. Pro qua re ponit D.Thomas regulam sequentem. Que per unam speciem, aut rationem intelligendi cognoscuntur, cognosci possunt per modum unius ac proinde simul: qua vero cognoscuntur per diversas species, cognoscuntur instar multorum, atque adeo nequeunt simul cognoscere.*

Contra sententia semper mihi visa est probabilior, nempe, non solum angelos, sed & nos, posse simul cognoscere multa per modum multorum: posseque simul cognoscere distinctis actibus ea, quæ representantur per distinctas species, non tam æquæ perfectè & intense, ac si potentia ad unum dumtaxat eorum attendere: eo quod pluribus intentus minor est ad singula sensus. Nec definit ex sectoribus Dini Thomæ, sectorum præterea, qui non aliud D.Thomam affectare voluisse arbitrantur, quæ multa in modum multorum non possunt æquæ perfectè cognosci, ac si unum dumtaxat cognoscetur. Caecitanus tamen hoc loco, & alij D.Thomæ antiquiores sectorum, D.Thomam existimasse arbitrantur, multa, per modum multorum, nulla ratione posse simul cognosci. Atque hæc sane videtur eius mens fuisse.

Quicquid tamen de mente D.Thomæ sit, probatur nostra sententia. Primo, quoniam angelus intelligentiam suam substantiam, & res alias (cum enim ex sententia D.Thomæ, sectorumque illius semper intelligentiam suam substantiam, ut quæst.59. artic.1. disputatione 2. dictum est, sanè, si non intelligenter simul alia, numquæ ea intelligenter, quod est absurdum) sed substantiam angelii, & res materiales non representantur angelis per eamdem speciem, aut rationem intelligendi, eo quod sua substantiam per ipsammet instar speciei intelligibilis concurrentem, res vero materiales per species intelligant: ergo quæ representantur per distinctas rationes intelligendi, & quæ cognoscuntur distinctis actibus, possunt angelii simul percipere, atque adeo cognoscere simul possunt multa multorum instar. Secundò, inferiores angelii simul possunt cognoscere hominem non esse lapidem, & res corporales non esse Michaëlem Archangulum: sed haec non